



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessiorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Præceptum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

PRAECEPTVM.

507

- 16 Poena successiva imposta sine termino,
finiti solet decennio: quod si usque ad bene-
placitum imponentis, finitur eius morte.
17 Factus amens post delictum, non puni-
tur corporaliter, sed in pecunia.
18 Non potest quis priuari beneficio, aut pri-
uilegio, aut suspendi, aut ab eo deponi Cleri-
cus, nisi in casibus Iure expressis.

Poenitentia, vide Confessio.

Potestas, vide Dominium.

¹ **Q**ui potest maiora, potest & minora,
cum est eadem ratio, aut maior.

Præceptum, vide Censura, Lex, Mandatum,
Obedientia.

¹ PRæceptum de re leuissima non obligat
ad mortale, etiamsi, qui præcipit, id ve-
lit, nisi quis se voto obligasset ad omnia ius-
fa; tunc enim forte posset etiam in re leui, vt
si diceret: In virtute obedientiae, aut quid si-
mili.

*Vide Syl. vers. Præceptum. num. 2. 3. cap. II. num. 4.

² Præcipi non potest, vt subditus sibi mem-
brum abscondi patiatur ob sanitatem, nec vt
reuelet suum peccatum omnino occultum.

*Vide Eum. Obedientia. num. 4. Syl. Homi-
tidium. 4.

Addit. ³ Duobus præceptis concurrentibus

Y 2 maius

maiis obligat. *Adrian. quod. 1. art. 2. Val. t. 3. d. 3. q. 18. p. 4. col. 5. communi Nau.*

Prædicare, vide Ordo, Prelatus.

1 **P**rædicare non est actus Ordinis sacri, nec Officium diuinum prohibitum interdicto, aut suspensione à diuinis.

* *c. Responso, de sentent. excom. Nau. c. 27. num. 176. vide Sot. d. 1. q. 5. art. 6. col. 8. Caiet. 2. 2. q. 187. art. 1. quare excommunicati possunt audire concionem, & lectionem sacram; possunt etiam legere sacras lectiones; quod Sot. tamen notorijs clericorum percussoribus, & denunciatis non concedit. dis. 22. q. 5. art. 4. col. 8.*

2 **P**rædicans in statu peccati mortalis non peccat mortaliter, si absit scandalum.

* *Sot. d. 1. q. 5. art. 6. col. 6. Caiet. vers. Prædicatorū peccata corrigens quod dixerat 2. 2. qu. 187. art. 1. contrarium placet Nauar. cap. 25. nu. 141. Certè si incontritus abutatur concione, tanquam declamatione, peccabit mortiferè; non autē, si ex imbecillitate, indignus vellet esse dignus. Caiet. l. c. & Fum.*

3 **P**rædicandi licentiam potest dare Parochus in sua Parochia approbatis ab Ordinario. *Lege Conc. Trid. sess. 5. c. 2. & sess. 24. c. 4. de refor. Nau. c. 25. nu. 141. * V. Nauar. l. c.*

4 **M**ortale quidam censem prædicare sine legitima licentia: certum vero est, mortale esse si quis prædicet yaldè inutilia, aut scien-